

FRANCISCUS EPISCOPUS SERVUS SERVORUM DEI

dilecto Filio **Vlastimilo Kročík**, e clero dioecesis Budovicensis ibique in Facultate Theologica professori et in civitate "Veselí nad Lužnicí" Administratori panoeciali, electo Episcopo eiusdem Sedis, salutem et Apostoli-
cam Benedictionem. Gravissimum, quo fungimur officium supremi Pastoris totius gregis Dominici a Nobis
hodie inter cetera postulat ut apte consulamus Budovicensi dioecesi, vacanti post renuntiationem Venerabilis
Fratris Georgii Padour, O.F.M., Cap. Quoniam tu, dilecte Filii, comprobatis dotibus praeditus perumque ecclesia-
tum loci penitus, via tua ea idoneus illi regendae, de consilio Congregationis pro Episcopis, summa Nostra Apo-
stolica potestate te **Budovicensem** Episcopum nominamus cunctis cum iuribus et obligationibus. Permitti-
mus ut ordinationem a quolibet catholico Episcopo extra urbem Romanam accipias liturgicis servatis legibus
ac praemissa catholicae fidei professione iureque iurando fidelitatis erga Nos et Nostros Successores ad
normam sacerdotum canonum. Mandamus praeterea ut hae litterae in notitiam veniant cleri populi que
ipsius Sedis; quod hontamus ut te libenter prosequantur tecumque coniuncti maneant. Iac denique, dilecte
Filii, ut gravissimum Pastoris officium impleas verbo, opere, ac, praudentim, tuae vitae exemplo, quo ad insti-
tuendos et gubernandos homines nil magis invenitur idoneum. "Gratia Domini Iesus Christi et caritas
Dei et communicatio Sancti Spiritus" (2 Cor 13,13), intercedente Beata Virgine Maria, sint iugiter tecum et cum
ista carissima ecclesiasticali communitate in dilecta Republica Ceca. Datum Romae, apud S. Petrum, die undevicesi-
mo mensis Martii, in solemnitate S. Joseph, Sponsi Beatae Mariae Virginis, anno Domini bis millesemo de-
cimo quinto, Pontificatus Nostri tertio.

Eduardus

Marcellus Rossetti, probavit apud

